

his nothnibūs. Ethalides, Medon, Lycabas, Libys, Opheltes, Melas, Alcimedon, Epos-  
peus, Dictys, Simon, Acoetes. Hic gubernator fuit, quem ob clementiam Liber servauit,  
t & Proteus.

Ethalides  
Melanthus.  
sic Ouid.lib.3

Hic in veteri exemplari omisus erat quemadmodum apud Ouid. contra, Simonis nulla mentio fit.

## CXXXV. Laocoön.

**L**aocoön Accetis filius, Anchisae frater Apollinis sacerdos, contra uolunta-  
tem Apollinis, cum uxore duxisset, atq; liberos procreasset, sorte ductus ut  
iactū faceret Neptuno ad littus, Apollo occasione data, à Tenedo p fluctus  
maris dracones misit duos, qui filios eius Antiphantē, et Thimbrēum ne-  
carent, quibus Laocoön cum auxilium ferre uellet, ipsum quoq; nexum  
necauerunt. Quod Phryges idcirco factum putarunt quod Laocoön hastam in equū  
Troianum miserit.

Alij Capit AII  
chise patrem  
faciunt.

## CXXXVI. Polyidus.

**C**laucus Minois & Pasiphae filius, dum ludit pila, cecidit in dolium melle ples-  
num, quem cum parentes quererent Apollinem sciscitati sunt de puero.  
Quibus Apollo respondit, monstrum uobis natum est, quod si quis sol-  
uerit, puerum uobis restituet. Minos sorte audita cœpit monstrum à suis  
querere, cui dixerunt natum esse uitulum, qui ter in die colorem mutaret  
per quaternas horas, primum album, secundo tubeum, deinde nigrum. Minos autem  
ad monstrum soluendum augures conuocauit, qui cum non inuenirentur, Polyidus  
Cœrani filius, Bizanti monstrum demonstrauit, eū arbore moro similem esse, nam pri-  
mum albū est, deinde rubrū cum permutauit nigrum: tunc Minos ait ei, ex Apollinis  
responso filium mihi oporet restituas, quod Polyidus dum auguratur, uidit noctuam  
super cellam uinariam sedentem, atq; apes fugantem, augurio accepto, puerum exani-  
mem de dolio eduxit. Cui Minos ait, corpore inuento, nunc spiritum restitue, quod Po-  
lyidus cum negaret posse fieri, Minos iubet eum cum puerō in monumento includi,  
& gladium poni, qui cum inclusi essent, draco repente ad corpus pueri processit, t quod  
Polyidus estimans eum uelle consumere gladio repente percussit, & occidit, alterā ser-  
pens parem querens, uiditeam interfactam, & progressa herbam attulit, atq; eius tactu  
serpentis spiritum restituuit. Idem q; Polyidus fecit, qui cum intus, uociferarentur quidam  
præteriens Minoi nuntiauit, qui monumentum iussit aperiri, & filium in columem re-  
cuperauit, Polyidum cum multis muneribus in patriam remisit.

Quod p̄d qua-  
reut supra quo-  
que.

## CXXXVII. Merope.

**P**olyphontes Messeniae rex Cresphontem Aristomachi filium cum interfecisset eius  
Pimperium & Meropem uxorem possedit.

Credo euident  
esse qui à Paus.  
Deiphobes dicit  
tur. uide latius  
infra in Petibcs.

## CXXXVIII. Philyra quæ in Tibiam uersa est.

**S**aturnus Iouem cum quereret per terras, in Thracia cum Philyra Oceani filia, in equum conuersus concubuit, quæ ex eo peperit Chironem Centau-  
rum, qui artem medicam primus inuenisse dicitur. Philyra postquam inua-  
sitatam speciem se peperisse uidit, petit ab Ioue ut se in aliquā spetiem com-  
mutaret, quæ in arborem Philyram, hoc est Tiliam, commutata est.

## CXXXIX. Curetes.

**P**ostq; Opis Iouē ex Satutno peperit, petit Iuno ut sibi eū cōcederet, quoniā  
Saturnus Orcum sub Tattara deiecerat, & Neptunum sub undas, quod sci-  
ret si quis ex eo natus esset se regno priuaret. Qui cū Opem rogaret, t ut esset  
quod illa peperisset, illa lapidem inuolutum ostendit, eum Saturnus deuo-  
tauit. Quod cum sensisset, cœpit Iouem querere per terras. Iuno autem Iouem in Crete-  
si insula detulit. Adamantea pueri nutrix eum in cunis in arbore suspendit, ut neq; cœ-  
lo neq; terra, neq; mari inueniretur, & ne pueri uagitus exaudiretur, impuberes conuo-  
cauit, eisq; clypeola ænea & hastas dedit, & iussit eos circum arborem eunites crepare,

d , qui